

**Księga ławnicza Starej Warszawy  
z lat 1453–1471 (1472)**

AGAD, Księgi miejskie Starej Warszawy, sygn. 527

[wyklejka]

<sup>a</sup>N.C. 527

N. 3.<sup>-a</sup>

<sup>a-a</sup> sygnatury archiwalne późniejszą ręką w lewym dolnym narożniku wyklejki

[1a]<sup>a</sup>

<sup>a</sup> karta niezapisana

[1] In nomine Domini amen. Hic liber est scabinorum, in quo continentur acta multorum. Sub anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LIII<sup>o</sup> feria sexta ante festum s. Hedwigis [12 X].

Iudicium magnum generale bannitum est feria sexta ante festum s. Hedwigis [12 X].

1. Causa Laurencii Scoczyblottho.

Item Laurencius Scoczyblottho restituit omnes res advocato de Tycoczyno cum effectum [s], pro quibus fideiubit pro Stanisla Broda dominico die post festum s. Michaelis [30 IX]. Actum ut supra.

In |-crastino parwm-| iudicium sabbato ante Hedvigis [13 X].

2. Causa Nicolai braseatoris cum sorore Pachnicz.

|=Item veni[en]s ad iudicium bannitum honesta Margaretha Pachnicz et |-regog-| recognovit, quod tenetur Nicolao braseatori I sexag. et eandem sexag. debet sibi solvere ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI] sine omni dilacione. Actum sabbato ante festum s. Hedwigis<sup>a</sup> [13 X].=|

<sup>b</sup><Annus libri huius 1453 usque ad annum 1[47<sup>c</sup>]2 N. III.><sup>-b</sup>

<sup>a</sup> w dolnej części zapiski trzy plamy

<sup>b-b</sup> dopisek późniejszy

<sup>c</sup> w miejscu cyfr plama

[1v] LIII<sup>o</sup>

Iudicium commune bannitum feria sexta ante Symonis et Jude [26 X]<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> pozostawiono niezapisane ok. 1/4 strony

3. |=Causa Petri Cleccot cum Alberto generi [s] Strugali.=|

|=Item veniens ad iudicium bannitum providus Petrus Cleccot et constituit uxorem suam plenipotentem suscipere resignacionem domus sicut solus esset persona in propria.=|

4. |=Item veniens ad iudicium bannitum providus Albertus gener Strugali et resignavit domum suam in circulo penes Andream Gurczewsky et penes Scoczyblottonem, tam longam et latam et tali cum iure sicut solus tenuit. Actum feria 6<sup>a</sup> ante Nicolai [30 XI] et Petrus Cleccot debet habere pacem eviternam.=|

[2]<sup>a</sup> Iudicium bannitum feria sexta ante Concepcionis s. Marie [7 XII].

<sup>a</sup> na zszyciu plama długości ok. ½ karty

5. | = Causa Andree advocati cum Luce [s] sellatore.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Luccas sellator et recognovit, quod tenetur provide viro Andree advocati [s] VI½ sexag. pro allecis et istam summam pecuniarum debet predictus Lucas solvere ad medium Ieiunii [1454, 31 III] sine omni iure et hoc inscripsit super omnia bona sua mobilia et immobilia. Actum ut supra. = |

6. | = Causa Gregorii aurifabri cum Alberto Slotky de Wyszegrod.

Item venientes ad iudicium bannitum providi, hon[e]sti viri Jacobus Szuczka magister scabinorum et Mathias Kosynoga et Andreas Malodobry et recognoverunt, quod divisio facta est realis <inter Gregorium aurifabrum et Albertum Slotky> in rebus domesticis et mobilibus rebus post mortem pye memorie Justowe et post mortem Grethe fylie sue et quod Gregorius aurifaber cum sua uxore debet pacem habere eviternam excepto domo [ss]. Istam aduc debent dividere et super hoc Albertus Slotky recepit III sexag. cum XXII gr. et |-hoc ins-| pecuniam [s] puerorum et istam summam pecuniarum inscripsit super domum, in qua Gregorius aurifaber moratur, super partem <filiorum> suorum. Factum ut supra. = |

[2v] LIIII<sup>o</sup>

Iudicium magnum bannitum est feria sexta ante Epiphanie Domini [4 I].

7. Causa Depczyrypka cum socera sua Symonowe.

Item veniens ad iudicium bannitum honesta domina Schymonowa pye memorie cum genero suo Nicolao sartore et resignavit sibi domum suam una cum |-oe-| orto suo, cum tali iure sicut sola utebatur et tam longam et latam sicut sola tenuit et Nicolaus gener suus inscribit matri sue X sexag. super domum suam et debet eam servare usque ad mortem et debet eam vestire et nutrire et omnia necessaria dare usque ad mortem et eciam gener |-non-| debet matri sue nullam iniuriam facere. Actum ut supra.

8. | = Causa Nicolai braseatoris cum Petro Chomunto.

Item veniens ad iudicium bannitum Petrus Chomunto et recognovit, quod tenetur Nicolao XX gr. et debet [s] sibi solvere ad Carnisprivium [3 III] proxime venturum sine omni iure. Actum ut supra. = |

9. [3] | = Causa Stanislai Schylling pileatoris cum prewingno [s] suo Francisco.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Stanislaus Schylling cum uxore sua legitima et unanimiter recognoverunt, quod receperunt pecuniam pueris [s] pye memorie Hanus pyletoris [s] Francisci [?]<sup>a</sup> L sexag. cum VI½ <medios gr.> sexag. cum argento X mrc. cum VI scot. et pro ista summa pecuniarum fideiuberunt providi et honesti viri dominus Martinus Neysz cum Mathie caldeatori [ss]. Et predictus Stanislaus cum uxore sua inscripserunt se domino

Martino et Mathie caldeatori super domum suam et ortum et super omnia bona sua mobilia et immobilia ubicumque reperirentur. Actum feria sexta ante Epiphaniam Domini [4 I] anno LIII<sup>o</sup>. = |<sup>b</sup>

<sup>a</sup> odczyt niepewny z powodu skreślenia

<sup>b</sup> pozostawiono niezapisane ok. 1/2 strony

[3v] Iudicium bannitum est feria sexta ante festum s. Agnetis [18 I].

10. Causa Nickel Abercovicz cum Petro alias Kalpeter.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Nickel Abercovicz et recognovit, quod recepit apud dominum Petrum alias Kalpeter XXIII fl. Ungaricales, quemlibet fl. pro XXIX gr. pro mediis gr. super porcione, que sibi cessit post mortem patris et matris et hoc recepit super porcione[m] are[e] sue, que pars sibi cessit et fl. tunc temporis solvebant pro XXIX gr. Actum [feria] sexta ante festum s. Agnetis [18 I] LIII<sup>o</sup>.

<sup>a</sup> <Item postea concessit sibi septem sexag., quando Wratislawiam equitavit dominico die ante Hedwysis [13 X] in domo magistri scabinorum Mathie Cosinoga.><sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> dopisek innym atramentem połączony z zapiską pionową linią

11. Causa Jacobi rasoris de Nova Civitate cum Nicolao Darmotrunk.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Nicolaus Darmotrunk sellator et recognovit, quod tenetur rasori de Nova Civitate X gr. et X gr. debet sibi solvere ad Carnisprivium proxime venturum [3 III] sine omni dilacione iuris. Actum feria sexta ante Agnetis [18 I] anno ut supra.

12. Causa Martini Dzychnicz cum sorore sua Hedwysis [s].

Item veniens ad iudicium bannitum providus Martinus Dzychnycz et resignavit |-meum-| ortum in Przeczna platea et dedit sorore [s] sue |-et-| <e>viterne et soror debet fratri dare 1/2 sexag. ad festum s. Georgii [24 IV] et I sexag. ad festum s. Hedwysis [15 X]. Actum ut supra.

[k. 4] Iudicium bannitum feria <sexta> post Valentini [15 II].

13. Causa Wencesslaus [s] Czychos cum Petro iuveni suo de Czarnowa.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Wencesslaus Czychos cum iuveni suo Petro et Petrus |-sude-| subdidit se sibi sub ius supremum, quod debet sibi servire quatuor annis incipiendo a Nativitate Christi [25 XII] sub anno Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> LIII<sup>o</sup> usque ad finem quatuor annorum. Actum feria sexta ut supra.

14. |=Causa Nicolai sellatoris cum Laurencio cleysmit.=|

|=Item veniens ad iudicium bannitum providus Nicolaus sellator cum Laurencio cleysmit et recognovit N[icolaus] sellator, quia vendidit sibi domum suam ex opposito scola |-le<sup>a</sup>-| pro XV sexag. et resignavit sibi domum in iudicio bannito, tam longam et latam et cum tali iure sicut solus tenuit et predictus Laurencius cleysmit tenetur aduc domino Nicolao X sexag., quas decem

sexag. solvere debet ad terminos: primo III sexag. ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI] et ad festum s. Hedwygis [15 X] IIII sexag. proxime venturum et III sexag. a festo s. Georgii [24 IV] per annum. Actum sexta [s] ut supra LIIII<sup>o</sup>.

<sup>a</sup> *literary wytarte*

15. [4v] | =Item causa vitricorum | -de b- | de Nova Civitate cum Rossomag. Item veniens ad iudicium bannitum Andreas Rossomak et recognovit, quia tenetur I sexag. vitricis ecclesie Beate Virginis, quam solvere debet ad festum Pasche proxime venturum [21 IV] sine omni iure. Actum ut supra. = |

Iudicium bannitum est feria sexta post festum s. Mathie apostoli gloriose [s] [1 III].

16. Causa Petri generi Wylczeyowe et uxoris sue K[atharine] cum socera sua.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Petrus gener Wylczeyowe cum socera sua et | -ely- | eliberavit domum suam alias wyswolyl et | -debe- | predictus Petrus debet pacem habere eviternam cum uxore sua et pueris suis in domo, in agro et orto et in omnibus bonis in ewm. Actum feria ut supra.

[5] || Iudicium bannitum feria 6<sup>a</sup> in die s. Cirilli et Metudii [s] [8 III]. ||

17. Causa Johannis Drobny cum Martino Szabokruk.

Item venientes ad iudicium bannitum providi et circumspecti viri Michael Lanczyk et Albertus Twrarogowicz [s] <scabini Civitatis Nove> cum Dorrothea uxore Martini Szabokruk et unanimes recognoverunt, quod Martinus Szabocruk vendidit domum suam ex opposito ecclesie s. Johannis in acie Johanni Drobnyemu pro XX sexag. medios gr. et in iudicio bannito resignavit domum Johanni et circa resignacionem dedit Johannes Martino Szabocruk X sexag. et alias X sexag. debet solvere in quinque annis ad Carnisprivium proxime venturum [3 III] et sic per alios | -tres- | quatuor annos omni anno II sexag. usque persolvit. Et predictus Johannes Drobny debet Martinum una cum sua uxore legitima <servare> usque ad finem vite eorum et sic Martinus Szabocruk resignavit domum et vendidit cum omnibus atinenciis [s] domus et subpellecilibus. Actum eodem die ut supra. <Iam solvit | -cum effectu totaliter et tenetur IIII sexag.- | Solvit in toto.>

[5v] LIIII<sup>o</sup>

|| Iudicium bannitum feria sexta ante Letare [29 III]. ||

18. Causau [s] Chadupconis cum filio suo Martino.

Item veniens ad iudicium bannitum Martinus Chadupka et recognovit, quod tenetur patri suo Swenszkoni IX sexag., quas quidem IX <minus XX gr.> sexag. solvere debet ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI] proxime venturum sine quovis iure et quod absit se [s] secus fecerit et patri suo non persolverit, tunc inscribit se super domum suam et super omnia bona sua mobilia

et immobilia et tunc pater debet se introligari in domum suam et in bonis suis. Actum ut supra.

19. Causa Nicolai sellatoris cum domino d. [s] Georgio Gaudoni.

|=Item veniens ad iudicium bannitum providus Nicolaus sellator et recognovit, quod vendidit domum suam ex oposito scole s. Johannis pro XV sexag. et in iudicio bannito resignavit sibi domum suam domino Georgio Gaudoni, tam longam et latam et cum tali iure sicut solus tenuit et dominus Georgius iam solvit V sexag. et X sexag. debet solvere ad terminos, scilicet III sexag. ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI] et IV sexag. ad festum |-sancti-| s. Hedwygis proxime venturum [15 X] et III sexag. et III sexag. [ss] a festo Georgio [s] [24 IV] per annum proxime venturum. Actum feria 6<sup>a</sup> ut supra.=|

[6] LIII<sup>o</sup>

Iudicium magnum bannitum est feria sexta post Passionem s. Stanislai martiris gloriosi [10 V].<sup>a</sup>

<sup>a</sup> *pozioma linia oddzielająca zapiskę od kolejnej*

20. Causa Laurencii Scoczyblotto cum Hannus hefftars et nobili |-Szebran-| <Szebron> |-de Guttonow-|.

|=Item venientes ad iudicium bannitum providi viri Laurencius Scoczyblotto cum nobili domino Szwebro et cum Hannussio hefftars et dominus Szwebro cum Hannussio recognoverunt, quod tenentur cum coniuncta manu centum sexag. cum VI sexag. et cum XX gr. Polonialis monete. Quam summam pecuniarum super tres struges alias trefft dedit et istam summam pecuniarum solvere debent in Gdansko ad festum Penthecostes proxime venturum [9 VI]. De istis strugibus, quia Laurencius Scoblotto debet primam solucionem habere, scilicet centum sexag. cum VI sexag. et cum XX gr. et quod absit, si secus fecerint et solucionem non facerent predicto Laurencio Scoczyblotto, tunc se subdiderunt iure parere in Gdanczg et respondere sicut unus |-a-| vicinus cum alio in Gdanczg et recusaverunt se arbitrio iuris sicut habent tenere inter se. Actum anno ut supra.=|

21. [6<sup>v</sup>] Causa Stanislaus [s] Kasub cum Hannus hefftars.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Hannus hefftars et recognovit, quia tenetur Stanislao Kasub duas sexag. Quas duas sexag. solvere debet inprimis, quando de Gdanczg revertetur sine quovis iure. Actum feria sexta post festum s. Stanislai [10 V].

22. Causa Laurenci [s] Scoczyblotto cum Pilato.

Item Laurencius Scoczyblotto protestatus est super |-dom-| ortum Pylato [s], quod debet prius esse an[te] alios creditores, quia tenetur sibi duas sexag. Actum anno et die ut supra.

23. Causa Nicolai Seygernyk cum glote sua |-gk-| Margarethe [s].

|=Item veniens Nicolaus Zeygernyk ad iudicium bannitum et recognovit, quia tenetur gloti sue X sexag. |-et cum orto-| et ortum <inter ortum

Pawelcowicz et ortum suum> ex parte paternalia et maternalia post mortem patris sui et post religionem fratris sui et predictam puellam debet apud se servare donec virum duxerit et usque ad placitum puelle et pecuniam prius non debet dare usque puella virum ducet. Et predictus Nicolaus Zeygernyk debet possidere omnia bona, |-p-| domum, ortos et alia bona et debet debita predictus Nicolaus debita [ss] exigere et solvere. Actum ut supra.= |  
<sup>a</sup><|=Item solvit IIII<sup>or</sup> sexag. feria 6<sup>a</sup> post Ascensionis Domini [31 V] et finem debet solvere ad Nativitatis Domini [25 XII]>. <Solvit V sexag. gr.=|  
 Restat I sexagena gr.><sup>a</sup>

<sup>a-a</sup> *dopiski innym atramentem*

#### 24. [7] Causa Ulrich cum Bogusz.

|=Item veniens ad iudicium bannitum providus Bogusz et recognovit, quod tenetur circumspecto Ulrich III<sup>1/2</sup> sexag. et solvere sibi debet <sup>a</sup><II sexag.><sup>a</sup> ad festum s. Jacobi [25 VII] proxime venturum et finem ad festum s. Hedwigis [15 X]. Actum feria sexta post Stanislai [10 V].|=|

<sup>a-a</sup> *dopisek na marginesie bez odnośnika*

||Sabbato die in crastino post magnum iudicium [11 V]||.  
 Nichil est peractum<sup>a</sup>

<sup>a</sup> *pozostawione niezapisane ponad 1/2 strony*

[7v]<sup>a</sup>

<sup>a</sup> *strona niezapisana*

[8] Iudicium bannitum feria 6<sup>a</sup> ante festum s. Urbani [24 V] L<sup>o</sup>III<sup>o</sup>.

#### 25. Causa Andree Malodobry cum Anna Duczka.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Andreas P[arum] B[onus] et protestatus est super domum domine Anne Duczka in X sexag. Actum ut supra.

#### 26. Causa Andree Malodobry cum Martino filio Blasii de Nova Civitate.

Item veniens ad iudicium bannitum Martinus filius Blasii et recognovit, quod sibi providus Andreas P[arum] B[onus] satis sibi [s] fecit pro illa porcione, scilicet III sexag., quas sibi pye memorie Mat. Tlusto legavit et dominus |-Mat.-| <Andreas> Malodobri debet pacem eviternam. Actum ut supra.

#### 27. Causa Andree P[arum] B[onus] cum Nypcone.

|=Item coram nobis in iudicio sedentibus providus Johannes Benesch |-in-| prolongavit terminum solucionis X sexag. ex parte providi Andree Malodobri, quia eum constituit in verum procuratorem, quod Nypco debet solvere X sexag. ad festum Penthecostes proxime futurum [9 VI] et I mrc. ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI]. Si autem non solverit X sexag. ad Penthecostes, tunc debet dare ad festum s. Johannis Baptiste X sexag. cum duabus mrc. sine omni iure et recusacione. Actum ut supra.=|

28. [8v] Causa domine Dorothee Szabocrukowe pye memorie cum Bartcone Mucha et cum uxore sua et cum omnibus amicis suis.<sup>a</sup>

Item veniens ad iudicium bannitum Bartek Mucha una cum uxore sua legitima et recognoverunt, quod Dorothea satisfecit sibi et uxore [s] sue et fratri uxoris sue, qui est Cracovie, post mortem mariti sui Martini et domina Dorothea debet pacem habere eviternam a Bartcone et |-x-| uxore sua et a fratre uxoris sue et |-abh-| ab omnibus amicis suis. Actum ut supra.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> linia łącząca zapisę z kolejnym wpisem

29. Item eodem modo Johannes Drobny debet pacem habere a Bartcone et uxore sua et a fratri [s] uxoris sue et ab omnibus amicis suis in domo et in omnibus subpellectilibus domus sue, quia iam persolvit cum effectum. Actum ut supra.<sup>a</sup>

<sup>a</sup> pozostawiono niezapisane ok. 1/2 strony

[9] ||L<sup>o</sup>III<sup>o</sup>

||Iudicium bannitum est feria <6<sup>a</sup>> ante Penthecostes [7 VI].||

30. |=Causa Wenczeslai Czichos ex parte procuratorie pueris [s] Domenici cum Nicolao Zeygernyk.=|

|=Item coram nobis in iudicio sedentibus Nicolaus Zeygernyk recognovit, quod tenetur pueri [s] Dominiconis Nicolao quinque sexag., quam summam pecuniarum solvere debet a festo s. Johannis Baptiste [24 VI] proxime venturum per annum sine quovis [s] excusacione. Actum anno et die ut supra.=|

31. |=Causa Johannis generis [s] Wødnynye et uxoris sue Barbare cum Margarethe filie [s] Wødnynye.

Item coram nobis in iudicio recognovit Johannes |-g-| gener Wondnyne cum uxore sua Barbara, quod tenetur Margarethe XL<sup>a</sup> gr., quas [s] solvere debent ad festum sancti [s] Hedwigis [15 X] sine omni pignore. Actum ut supra.=|

32. Causa |-Wondnyne cum genero suo-|.

|=Item veniens ad iudicium bannitum Wychno Wondnyne et resignavit domum suam [tam] longam et latam et tali cum iure sicut sola tenuit et gener Johannes suus cum uxore sua Barbara debent matrem suam servare in domo usque ad mortem tali |-condicione-| sub condicione, si filia sua Barbara prius morietur quam mater, tunc Johannes gener debet soc[e]re sue quinque sexag. et si mater prius morietur, tunc Johannes cum uxore sua debent pacem <eviternam> habere in domo et in omnibus rebus et nulli porcionem debent dare, quia sic mater sua resignavit eis domum voluntarie, bene, sana mente et corpore, non compulsa neque coacta, sed voluntarie. Actum ut supra.=| <Satisfecit.><sup>a</sup>

<sup>a</sup> dopisek innym atramentem

[9v]<sup>a</sup><sup>a</sup> strona niezapisana[10] LIIII<sup>o</sup>| | Iudicium bannitum est feria 6<sup>a</sup> post festum Corporis<sup>a</sup> Christi [21 VI]. | |<sup>a</sup> po słowie Corporis skreślona litera i lub znak krzyża

33. Causa Johannis Gemmycz cum Michaelae Stary.

| = Item Johannes Gemmicz recognovit coram iudicio bannito, quod tenetur Michaelae [s] sex sexag., quas solvere debet in tribus annis ad festum s. Georgii [24 IV] proxime venturum <per duas sexag.> et per annum ad festum s. Georgii [24 IV] duas sexag. et in tercio anno iterum duas sexag. Actum ut supra sine quovis iure. = |

34. | = Causa eiusdem Gemma cum | -Mathia- | Jacobo. = |<sup>a</sup>

| = Item eodem modo recognovit Gemma, quod tenetur Jacobo Nabyła tres sexag., quas solvere debet in duobus annis ad festum s. Georgii [24 IV] I ½ sexag. et per annum I ½ sexag. ad festum s. Georgii [24 IV] sine omni recusacione. Anno et die ut supra. = |<sup>b</sup>

<sup>a</sup> zapiska połączona linią z poprzednią<sup>b</sup> pozostawione niezapisane ok. ½ strony[10v] | -Caus- |<sup>a</sup><sup>a</sup> słowo na środku strony, reszta strony pozostawiona niezapisana[11] LIIII<sup>o</sup>| | Iudicium bannitum est feria 6<sup>a</sup> post festum s. Procopii [5 VII]. | |

35. | = Causa providorum virorum Andree Gurczewsky, Alberti rymar Poruczyschidlo, Martini Chadupca cum Luce [s] sellatore.

Item veniens ad iudicium bannitum providus Lucas sellator <cum uxore sua> et recognovit, quod isti providi viri eum caucionaverunt Judeo de turri, scilicet Andreas Gurczewsky ut supra, quod debet solvere Judeo Joseph, id quod tenetur sibi in octo septimanis a festo s. Johannis Baptiste [24 VI] iam elapso et predictus Lucas subdidit se fideiussoribus et inscripsit super omnia bona sua iacentia et mobilia et sub iure supremo, si non persolvat Judeo ad predictum terminum, tunc fideiussores debent domum suam et ortum suum vendere et Judeo solvere | -s- | et si non suficiet in bonis suis, tunc solum debent per collum recipere et vinctum tenere absque omni iure. Actum ut supra. = |<sup>a</sup>

<sup>a</sup> pozostawiono niezapisane ponad ½ strony36. [11v] Causa domine nostre gracie Anne Dei gracia ducisse senioris<sup>1</sup> cum Andrea Edlinger.

Item veniens ad iudicium bannitum generosus dominus Johannes Møkoboczky iudex Lywiensis<sup>2</sup> et nobilis dominus Stanislaus pincerna domine ducisse

domine Anne Dei gracia ducisse senioris et recognoverunt, quod domina nostra graciosia illam protestacionem, quam protestavit super domum domini | -ad- | Andree Edlinger et super omnia bona sua libere et benivole dimisit et quittavit. Actum feria 6<sup>a</sup> ante Marie Magdalene [19 VII].

<sup>1</sup> Anna Bolkowa, żona Bolesława Januszowica, córka Fiodora Ratneńskiego, przez długie lata sprawowała regencję w imieniu małoletniego syna Bolesława IV, a po jego śmierci w 1454 r. opiekę nad wnukami, zm. po 3 V 1458 r., Rodowód Piastów, s. 102–103.

<sup>2</sup> Jan Mokobodzki, wzmiankowany jako sędzia dworski i kasztelan liwski, *Studia nad urzędnikami*, s. 74.

#### LIII

|| Iudicium bannitum feria 6<sup>a</sup> ante festum s. Marie Magdalene [19 VII]. | |

37. Causa providi Mathie Cosynodze cum Martino Chadupka.

| = Item veniens | -de- | ad iudicium bannitum providus Mathias Cosynoga et recognovit, quod decem sexag., quas tenetur et solvere debuit ad festum s. Johannis Baptiste [24 VI] iam preteriti [s] solvit censum in presenti anno et Martinus Chadupka prolongat provido Mathie tempus solucionis X sexag. | -cum censu- | a festo s. Johannis Baptiste usque ad festum s. Johannis Baptiste proxime venturum. Actum ut supra. = |

#### [12] L<sup>o</sup>III<sup>o</sup>

Iudicium bannitum est feria 6<sup>a</sup> ante festum s. Dominici confessoris [2 VIII].

38. | = Causa Andree Malodobri cum Nicolao Nypcone.

Item veniens ad iudicium bannitum Nicolaus Nypko et recognovit, quod tenetur provido domino Andree Malodobri X<sup>1</sup>/<sub>2</sub> sexag. cum VI gr., quam summam pecuniarum solvere debet II septimanas ante Carnisprivium [1455, 16 II] sine omni dilacione et quod absit, si non | -non- | curaverit solvere ad predictum tempus, tunc Nicolaus Nypco privabitur | -doc- | domo et domus debet esse domini Andree et Nypko debet statim domum suam evacuare, eadem ora debet | -exiy- | exire. Actum ut supra et nullo iure debet se defendere. = |

#### | -Causa- | L<sup>o</sup>III<sup>o</sup>

39. | = Causa gracie domine ducisse antique cum domino Andrea Edlinger.

Item veniens ad iudicium bannitum generosus dominus Johannes Møcobocz [s] iudex cum nobili domino Stanislao pincerna ex parte illustrissime [s] principis domine Dei gracia ducisse senioris et recognoverunt in iudicio bannito, quod domina nostra graciosia protestacionem, quam domina protestavit super domum suam <Andree> et super omnia bona sua, libere et benevole dimisit et quitavit. Actum ut supra. = |

40. [12v] Causa Stanislai pellificis

Item Lucas sellator resignat <Stanislao pellifici> domum suam <in iudicio bannito> penes Mertin Wey in acie, tam longam | -s- | et tali cum iure sicut